

*Instrumentum testamenti di
Pixonus de Saxo di Potenza*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum testamenti di
Pixonus de Saxo di Potenza*

1248 agosto

† In nomine Dei eterni, amen. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mense augusti, sexte indictionis, imperii vero domini nostri Frederici, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti anno vicesimo septimo, regni vero Ierusalem vicesimo secundo et in Scicilia quadragesimo septimo, feliciter, amen.

1

2

In presencia Sanctori de iudice Iordano imperialis iudicis contractuum in Potencia et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, Pixonus de Saxo, civis Potencie, sanus mente licet eger corpore nuncupativum quod sine scriptis dicitur, condidit testamentum in quo heredes instituit filios suos Franciscum et Bonam, coniugem Alexandri de Camerario Alexandri de Camerario, et voluit et statuit ut dicta Bona sit contempta dotibus suis et si non vuluerit eis esse contempta, conferat eas secundum iura et sucedat cum dicto Francisco, frate suo. Item voluit et statuit ut uxor sua Flamenga pro dotibus quas recepit ab ea, videlicet octo uncias auri quas confessus est sibi solutas et numeratas ab ea vel ab alia persona pro ea habeat integram tertiam omnium bonorum suorum et sit in electione ipsius uxoris quod velit habere utrum dictam tertiam vel dotes prenominate. Item statuit ut clerici Sancti Michaelis habeant quinque solidos singulis annis, ultimo mensis ianuarii, de terra una quam habet et possidet in tenimento Potencie in contrata Tore, cuius

P duecentesimo

Così A; P omette mense

fines inferius describentur, et hoc sive convaleat sive de hac egritudine moriatur, ut idem clerici supradicto die pro anima iaconi Roberti, filii sui, dignentur orare. Pro anima sua legat episcopio tarenos auri tres et si contingat episcopum ad exequias suas accedere legat sibi tarenos duos; ecclesie Sancte Trinitatis legat tarenos duos; ecclesie Sancti Michaelis tarenos auri septem et dimidium; presbitero Constantino, patrino suo, tarenum unum; Ponti de Torello legavit tarenum unum; clericis dicti Sancti Michaelis pro subtractis quondam decimis reliquid tarenos tres; Alexandrine, nepti sue, quartam uncie de pretio domus comunis ipsius textatoris et Adde, fratris eiusdem et patris eiusdem Alexandrine; ipsi Adde reliquid maclam que fuit quondam Iohannis de Anselmo. Item partem terrarum quas habet comunes cum ipso fratre suo in contrata Pantano, similiter reliquid eidem. Item, si contingat puerum Franciscum infra tempora pubertatis decedere, vuluerit quod tertia pars vinee sue, quam habet in tenimento Potencie in contrata Sancti Eunufrii, cuius fines inferius describentur, sit presbiteri Stephani, canonici Potentini, in vita sua, post mortem autem eius redeat dicta tertia vinee ad ecclesiam Sancti Michaelis Potentinam pro anima sua; similiter aliam terciam reliquid dicte uxori sue, post mortem autem eius redeat ad dictam Bonam; reliquam terciam vinee habeat dicta Bona heres, post mortem eiusdem Francisci. Et statuit autem et fecit epitropos et exequutores huius ultime sue voluntatis predictos presbiterum Stephanum et Addam, fratrem suum, ut eorum arbitrio et dispositione omnia que suprascripta sunt, fiant et impleantur. Fines autem supradicte terre sunt hii: ab uno latere tenet dominus Guillelmus Philippus, ab alio latere est flumen, ab alio latere tenet

Riccardus Guarani et a quarto latere tenet idem textator;
fines autem supradicte vinee sunt hii: ab uno latere est
via publica, ab aliis tribus lateribus tenet dicta ecclesia
Sancti Eunuffrii.

3

4

5

6

7

8

9

10

11

P Iordani

In A camerario et *aggiunto nell'interlineo; P omette et*
Coas' A

P igitur

P numoratas

In A ealia

P unum

P quinques

In merito a questo lascito, nel *Volume di Istrumenti*, si trova
copia semplice della dichiarazione rilasciata ad aprile del
1250 al notaio Bartolomeo, in presenza di Santoro del giudice
Giordano, giudice imperiale di Potenza, da parte di Flamenga,
vedova di *Pixonus de Saxo*, e di suo figlio Giordano, in merito
alla disposizione testamentaria, ovvero che se Francesco fosse
morto senza figli, l'isca andrà alla chiesa di San Michele; se,
invece, Francesco morisse con prole, la chiesa di San Michele
riceverà annualmente i cinque solidi all'anno da coloro i quali
prenderanno l'isca (ASNa, Regia Camera della Sommaria,

6

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

Diversi, 1a numerazione, Volume di istrumenti, cc. 94r-94v,
n. 34)

P agritudine

P omette iaconi~orare

P sua

P Torelli

P unciam

P demus

P Alexandrina

P comunies

P puerunt

P puebertatis

P pro

P Enufrii

La chiesa di Sant'Onofrio (*Sanctus Eunufrus*) si trovava nel
rione Monte Sant'Antonio, oggi rione Montereale e dava
nome ad un'intera contrada, sita nei pressi del Gallitello,

25

26

27

Et taliter ego Peregrinus publicus Potencie notarius hoc instrumentum scripsi de mandato et voluntate supradicti textatoris quia interfui et meo signo signavi. (SN)
† Ego Sanctorus de iudice Iordano imperialis iudex contractuum in Potencia qui supra vocatus et rogatus huic testamento interfuit. † Ego Iacobus canonicus Potentinus vocatus et rogatus interfui in supradicto testamento, in quo dictus Pixonus de Saxo heredes instituit predictos Franciscum et Bonam, filios suos. † Ego presbiter Girardus Sancti Michaelis vocatus et rogatus interfui in supradicto testamento, in quo dictus Pixonus de Saxo heredes instituit predictos Franciscum et Bonam, filios suos. † Ego presbiter Stephanus canonicus Potentinus vocatus et rogatus interfui in

dove la chiesa vantava diversi possedimenti (PELLETTIERI, *L'edilizia ecclesiastica fino al XIV secolo*, pp. 35-36). Compare citata in diversi contratti di vendita: nel 1305 (BSNSP, Diplomatico, pergamene fondo Fusco (25, Potenza), segn. 10-BB-I-14, v. infra doc. n. 15), nel 1345 (ASDPZ, fondo Trinità, perg. n. 28bis), nel 1424 (BSNSP, Diplomatico, pergamene fondo Fusco (25, Potenza), segn. 10-BB-I-28, v. infra doc. n. 34); nel 1455 (ASDPZ, fondo Trinità, perg. n. 70 bis). Nella seconda metà del XVI secolo, come si evince dalle Visite Pastorali del vescovo Carafa, questa chiesa si trovava in pessime condizioni (SANNINO, *Dal viceregno spagnolo alla fine del Settecento*, cap. III, *L'edilizia religiosa*, p. 57)

P exequatores

P Guarano

Così A

supradicto testamento, in quo dictus Pixonus de Saxo heredes insti/tuit predictos Franciscum et Bonam, filios suos. † Ego iaconus Dangersus vocatus et rogatus interfui in supradicto testamento, in quo dictus Pixonus de Saxo heredes instituit predictos Franciscum et Bonam, filios suos. † Signum manus presbiteri Constantini Sancti Michaelis qui omnibus supradictis interfuit. † Signum manus magistri Roberti de Vetro qui omnibus supradictis interfuit. † Signum manus Adde de Presbitero qui omnibus supradictis interfuit.

28

29

*P modo**P sibi*